



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 42. Articuli de extrema Unctione a Theologis examinandi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

„luntarie susceptis, ut jejuniis, Ora-<sup>Sæc. XVI.</sup>  
 „tionibus, eleemosynis, & aliis bonis A.C. 1551.  
 „operibus non præceptis a Deo, quæ  
 „supererogationes vocantur.

„XII. Satisfactiones non sunt cul-  
 „tus Dei, sed traditiones hominum,  
 „doctrinam de gratia, & vero Dei cul-  
 „tu, atque ipsum beneficium mortis  
 „Christi obscurantes, & fictiones sunt,  
 „quod virtute clavium æterna supplicia  
 „in pœnas temporales commutentur,  
 „cum illarum non sit munus pœnas im-  
 „ponere, sed absolvere.

§. XLII.

*Articuli de extrema Unctione a Theo-  
 logis examinandi.*

Propositis duodecim hisce articulis se-<sup>Pall. n. 14.</sup>  
 quebantur hi quatuor duntaxat ar-<sup>Et seq.</sup>  
 ticuli de extrema Unctione.

„I. Extrema unctio non est Sacra-  
 „mentum novæ legis a Christo institu-  
 „tum, sed ritus tantum acceptatus a  
 „Patribus, aut figmentum humanum.

II. Extrema Unctio non confert gra-  
 „tiam, neque remissionem peccatorum;  
 „sed neque allevat infirmos, qui olim  
 „per gratiam curationum sanabantur,  
 „atque ideo ea cum primitiva Ecclesia  
 „cessavit, sicut & gratia curationum.

III.



Sæc. XVI.  
A.C. 1551.

„III. Extremæ Unctionis ritus, &  
„usus non observatur ab Ecclesia Ro-  
„mana juxta beati Jacobi Apostoli sen-  
„tentiam, ideoque is mutandus est  
„potestque a Christianis absque pecca-  
„to contemni.

„IV. Extremæ Unctionis Minister  
„non est solus Sacerdos, Presbyterique  
„Ecclesiæ, quos beatus Jacobus addu-  
„cendos ad infirmum unguendum horta-  
„batur, non sunt Sacerdotes ab Epil-  
„copo ordinati, sed ætate Seniores in  
„quavis Communitate.

§. XLIII.

*Monita a Legato Theologis data.*

Pallav. n. 18.  
Pfalmaeus  
pag. 258.

Ceterum fontes, ex quibus decisio-  
num veritas haurienda erat, iidem  
fuerunt, ad quos jam in priori Sessione  
recurrebatur, nimirum Sacræ Literæ,  
Traditiones Apostolicæ, recepta Eccle-  
siæ Concilia, Pontificum decreta, &  
Constitutiones, Sanctorum Patrum sen-  
tentiarum, ac denique universalis Eccle-  
siæ consensus. Legatus cum monita  
superius relata inculcasset, Theologos  
his verbis alloquebatur: „In proferen-  
„dis cujusque sententiis suis servetur  
„Ordo, quapropter Cæsareos Oratores  
„excipient Lovanienses Theologi, quos  
„Regina Hungariæ & Belgii Gubernatrix  
„able-